9180 5 +

gatione bonorum immobilium in bonis Kuleske wyleno Sasbugg e prey gorlesky
olim parenti suo per ipsum in septem florenorum polonorum inscripta eandem summam ex
integro persoluit ideo ipsum quietant emittunt et liberos faciunt, inscriptio-
nem eiusmodi cum toto effectu cassant annihilantque perpetuo et de bonis ex-
nunc condescendunt personali sua recognitione in forma Juris mediante.

Srzednicka Assecuratio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Nobilis
Simon filius Nobilis Joannis Piekut de Piekuty Urbany sanus mente et corpore exi-
stens palam publice ac libere recognovit quia Nobili Marinae filiae olim Alberti Szynowych
Srzednicky Consorti suae legitimae in omnibus et singulis bonis suis mobilibus et immobi-
libus in haereditate Piekuty Urbany et alibi ubiuis locorum consistentibus nunc habitis et in
posterum fauente diuina Clementia habendis summam ducentorum florenorum polonorum debi-
ti certi veri et liquidi ad primam eius requisitionem siue eius successorum soluendam
inscribit et assecurat. sub vadio aliorum ducentorum florenorum polonorum Et coram of-
ficio praesenti Castren. Bransken. in primo citationis termino peremptorie responsio-
ne pro vadio exinde succubito summaque essentiali tum et citatis omnibus satisfa-
ctione. Nullis controuersijs exceptionibus allegationibus cauisationibus dilationibus in-
firmitatibus motionibus appellationibus ac earum quibusuis prosequutionibus
praemissa euadere volendo imo hisce iuri et alijs in vniuersum Cautelis iuris remedijs
et defensionibus legalibusque impedimentis et tum de iure concessibilibus se et suos succes-
sores iuri abrenunciando et abrenunciandi submissione sua et suorum successo-
rum totius et integrae causae. Haec sua personali recognitione ad id accedente

Poroskim Srzednica Mackowizta Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter com-
parens Nobilis Marina filia olim Alberti Srzednicky consors Nobilis Simonis Piekut cum
eiusdem mariti sui vti tutoris coniugalis personali assistentia et consensu spon-
taneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit quod
Nobilibus Martino olim Mathiae Porosky Stanislao et Alberti Porosky eorumque
successoribus Totam et integram sortem suam bonorum suorum mobilium et
immobilium in haereditate Srzednica Mackowizta consistentem se post parentem
suum iure naturali successionis spectantem et alio modo quouis attinentem
concernentem. Praeterea Nobili Martino Porosky in area sex sulcos, a stuga
ad parietem tendentes inter metas Nobilis Valentini Srzednicky et consortis eius-
dem Martini iacentes, cum agris pratis campis syluis borris rubetis (exceptis
inseminatis hyemalibus et vernalibus) cumque omni iure suo dominio proprietate
propinquitate ius locum haereditario pura mera syncera et irreuocabili donatione
hinc temporibus perpetuis dedit donauit inscribit et irreuocabiliter resignauit
Quibus iam exnunc eadem recognoscens in praedicta bona in eorum realem
tum actualem ac pacificam possessionem per ministerialem Regni Generalem Ministerialis duxit
dat et admittit. Submittitque se ac de bonis omnibus suis cum potentate sua in

Sorbis